UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Collationibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

b ¶ Speciale. Adde tu, quod contrariũ videt̃ velle gloſ.ibi. Sꝫ cũ
iſta concordat gloſ.in l.j.ff.eo.tit. Et ad materiã huius tituli, vi-
de Bal.in l.fi.§.vnde le.vbi quod vir, ⁊ vxor adinuicem non ſucce
dunt de iure ciuili, niſi in caſu auth.preterea. Et adde quod hic
titulus non habet locum; quando dos eſſet conſtituta in feudo,
nec etiã diſpoſitio auth.preterea, videtur tex.in c.j.de inueſt. quã
Titius accepit a Sempronio, ⁊ tenent ibi doc.communiter, ⁊ di-
cunt etiam Jac.de Aluaro. in c.j.an ma.ſucce. vxor. Et idem vi-
detur dicendum in emphyteuta arguẽdo de feudo ad emphyteu
ſim, arg.procedit vt per Spe.in tit.de feu.§. quoniam. ver.xj. et
verſ.idem quoqꝫ iuris. Bar.in l.vt iuſiurandi.§.liberi.de ope.li.
⁊ in l.quod dicit.verb.induco ad q.⁊ ibi per Alex.de verb.oblig.
Item non haberet locum quando dos eſſet conſtituta in vſufru-
ctu per predicta ⁊ quia finitur morte.§.finitur.Inſti.de vſufruc.

AVTHENT.

1 ☞ Legatum factum ſimpliciter, quando videatur factum animo
3 compenſandi.
Legatum factum per vxorem viro, compntatur in lucro debito
viro ex forma ſtatuti vxore premoriente.

a PReterea. a No.⁊ ſigna bene finẽ hu9 auth.
q̃ eſt valde notabilis.ibi, iputabi-
tur legatum, ⁊c. Oppo.ad iſtũ finẽ extra gloſ.§.de rei.
1 vxo.act.§.ſciendũ.Sol.†ibi loquitur, quando erat de-
bitum ex facto defuncti: tunc enim legatũ factũ ſimpliciter, nõ vi-
detur factum animo compenſandi, hic loquitur quando, debituꝫ
erat ex diſpoſitione legali, in quo imputatur legatum. Simile vi-
detis in legitima, que debetur filio, vel patrono, ſeu parenti, vt l.
b quoniã nouella. b §.de inoffi.teſta. Et per hoc apparet, quod †qñ
2 vxor relinquit aliquid viro, cõputari c debet in illa portione quã
c vir debet lucrari ex forma ſtatuti. d Caſus eſt hic. Pro hoc ff.ſolu.
d mat.l.ſi cũ dotem.§.ſi pater.⁊ ibi Jac.de Are.⁊ ibi dicit. ¶ Quę-
3 ro, †quis dicatur locuples, vel pauper. e * Gloſ. dubitat. Dicit
e hoc examinandum eſſe officio iudicis. Alibi dicit hoc pbari per
* vulgi opinionẽ, vt habuiſtis not.§.de iure do.l.vbi adhuc. Aliter
videtur not.Inſti.de exc.tu.§.item propter paupertatem. quod
dic vt plene examinaui ff.ſolu.mat.l.ſi conſtante in princi. in rep.
4 quã feci de illa.l. Ulterius quero, †quid ſi aſcẽdẽtes ſuperſunt, et
non deſcendentes. Gloſ.dicit idem quod deſcendentibus, qꝛ ea-
5 dem eſt ratio. † Quero, quid ſi nullus ſupereſt aſcendens, vel de-
ſcendens, ſed alij collaterales. Opi.ſunt in gl. Putarem dicenduꝫ
f quod eo caſu vxor lucraretur f proprietatem quarte portionis.
Iſta enim l.videtur velle, quod iſta vxor non habeat vltra quar-
g tam portionem, ſi bene inſpiciatur.

ADDITIONES.

a P O M A. ¶ Preterea. An locũ habeat ⁊ pcedat in viro, ⁊ mu-
liere impoten.vbi Alb.in l.ſꝫ eſt q̃ſitũ.ff.de lib.⁊ poſth. poſt Dy.
Et nunquid etiã in terminis huius auth.ſit locus iuri accreſce-
di. Uide Bal.in l.j.§.qñ non pet.par. Et an ſi cõiunx premortuus
aliquid alienaſſet in fraudem perſone ſuperuiuentis illud poſſit
reuocare, Cor.hic tenet quod non, quia reperitur l.cautum, per
text.in l.non vſqueadeo.in ratione ſui.ff. ſi quis a paren. fue.mã.
tamen not. quia iſta materia non procedit de ſimilibus ad ſimi-
lia.d.l.vſqueadeo.ff.ſi quis a paren.fue.ma.alium modum formã-
di iſtam authent.vide per Raph.Cu.conſ.cxxxj.⁊ vide ad hec iu-
ra etiam Pan.conſ.l.volum.ij.⁊ Soc.cviij. P. PAV. P. ¶ Pre-
terea circa materiam huius auth.quando dicatur vxor inopia la-
borare, ⁊ quid ſi pater eſſet diues, ⁊ quo remedio debeat prouide
re, ne habeat locum iſta diſpoſitio, vide pulchre omnino Co. conſ.
cxxj.incip.duo fratres; quaſi per totum. vbi etiam heres an poſ-
ſit maritus operari quod ab aliquo dotetur ſalua conſcientia ad
hoc, vt excludatur ab iſto beneficio, notatur ibi.
b P O M A. ¶ Qm̃ nouella. Melius facit l. omnimodo. ibi poſita.
C.eod.tit. Eſt tamen aduertendum quod Bald.allegat l.qm̃ no-
uella.quod ſentit quod hec auth.ẽt procederet quoties relinque
rent aliquid inter viuos, quod colligit hic Pet.⁊ ſeq.Decius.
c ¶ Computari. Adde plene de hoc per doct.in d.§.ſi pater. ⁊ per
Bal.hic, ⁊ conſ.lxviij.iij. vol. videtur perſiſtere in opin. quod non
compenſetur.dicit tamen communis opinio eſt in contrariũ. Et
illo caſu, in quo cõſuluit dicit quod illa difficultas ceſſabat, quia
expreſſe dictum fuerat quod compenſaret.
b P. P A V. P. ¶ Ex forma ſtatuti. Uide oĩno pulchrũ ꝯſi.Co.in
ꝯſ.xlviij.in c.ſtatutũ Florẽtie dicat, vbi ꝯſuluit quod ſtãte ſtatu-
to quod maritus lucretur dotem non extantibus filijs primi ma
trimonij. Si vero ſint filij ipſius mariti ſuccedit quod per hanc
gloſ.non tenetur faciens teſtamentũ relinquere filijs ipſius ma-
riti vltra legitimam, licet ſi non eſſent filij mariti, in totum exclu-
deret filios primi matrimonij, vide ibi ſubtiliter per eum. Adde
etiam de materia huius ſtatuti que ſcripſi in l. hac edictali.§.de
ſecun.nupt.vide omnino ⁊ late Jaſ.hic. Item iſtam authen.⁊ eius
materiam dominus Franc.de Pepis late repetit. Item de mate-
ria hu9 auth.vide late Aret.in tract.de teſt.in gloſ.in verbo no-
lens ab inteſtato decedere, Item adde quod iſta quarta, de qua
in iſta auth.non habet locum in feudalibus text.eſt ⁊ ibi Bal.in
c.j.§.ſi.de inue.de re. alie.fac.Bal.in c.j.an mari.ſucce.vxori ibi.ſi,
quid aũt ſi vxor tpe mortis eſſet iops poſtea efficeretur diues, an
poſſet petere iſtam quartam, vide late Decium quod ſic in conſ.
xxiiij. Itẽ de materia iſtius authẽ.⁊ quod procedat, ẽt ſi vxor ha-
beret dotem paternam, vide Barb.conſi.xxiiij.vol.iiij.in j.dubio.
c ¶ Pauper. Adde per eundẽ Bar.in l.ſi cõſtante.ff.ſol.mat.per
Ang.⁊ Bal.in l.ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog.per Cano-
niſtas in c.Odoard9.extra de ſol.per Bal.in l.paupertas.de ex-
cu.tu.⁊ in l.ad declinandam.de epiſc.⁊ cler.no.in auth.de here.et
fal.i §.ſi vero abſint i verb.ſubſtãtia. Et alias remiſſiões vide in
d.l.ſi cõſtante.⁊ ibi p Alexan.ẽt cui adde Bald.cõſi.cxcij.lib.ij.
* CLAV. DE SEISS. ¶ Adde eũdẽ Bal.in c.ad aures.de reſcr.
f ¶ Lucraretur. Adde quod induxit iſtum tex.ibi circa medium,
dũ dꝫ, alteriuſve matrimonij. Ex quo patet quod liberi primi ma-
trimonij non impediunt lucrũ pueniẽs ex iſta authẽ.ad q.ſtatuti
diſponẽtis quod vir lucret̃ dimidiam partẽ dotis vxoris preme-
rie decedẽtis in matrimonio ſine liberis, ⁊ vxor ex hoc matrimo-
nio ſi habeat liberos, habeat tñ ex primo tres vel quatuor. Bal.
dꝫ, quod hec auth.facit quod maritus debeat lucrari dimidiã
ſecundũ diſpoſitionẽ legis hac edictali. Pau.de Ca.reprehendit
dicens quod hec auth.nihil facit, quia hic in nullo minus effi-
cioris conditionis quã vnus ex filijs, qꝛ ſi ſunt tres, maritus ha-
bebit quartam ſi eſt vnus, ſimiliter maritus habebit quartã
filius, alias tres partes. Mulier tñ habẽs filios ex primo matri-
monio non poteſt dare dotem marito cum ſpe lucrãdi vltra quã
vnus ex filijs primi matrimonij ſit habiturus; p l.hac edictali.de
ſec.nup.⁊ p hoc vltimo vide quod Bal.dixit eius cõſ.cxlvij.ij.lib.
vbi dꝫ quod ſi ſcdo vir ſtipulat9 fuerit dotẽ p liberis ſuis, nõ va-
let ſtipulatio, qꝛ in fraudẽ l.hac edictali. ⁊ ita dꝫ fuiſſe obtentũ a
dõ.Franc.de Al.do.Rich.de Sal. quanquam ipſe teneret partẽ
contrariam tunc. Et vide ad dictum Bal. quod ipſe conſuluit in
terminis eius, conſi.xiiij.incip.q.formatur per Jac.Butr.
g ¶ Inſpiciatur. Adde quod Bal.⁊ Paul.de Ca.dicũt, quod hec
auth.habeat locum etiaꝫ ex teſtamento, qñ maritus feciſſet teſta
mentũ, ⁊ inſtituiſſet alios, ⁊ nihil reliquiſſet ipſi vxori, qꝛ vxor po-
terit petere quartam cõd.ex hac l. quã defunctus ſibi auferre nõ
potuit arg.in auth.presbyteros.C.de epiſ.⁊ cler. Idẽ tenet Sal.
per tex.hic in verſic.ſuccedat. Idem tenet rom.hic.⁊ in l.diuortio
ſol.ma. Pro quo alleg.glo.in auth.de her.⁊ fal.in §.ſi vero.expreſ-
ſim.in ver.heredeꝫ dicebat hic. Sal.quod tamen teſtator legauit
vxori cum hoc quod plus petere non poſſet, licet minus quã
non poterit agere. De quo latius hic per Alex.

De repudianda bonorum poſſeſ-
ſione. Rubrica XIX.

LEX I.

EMancipatus. In repudiatione bo-
norum non requiritur preſ-
entia aduocati. Fallit in fiſco in quo requiritur preſentia
aduocati. hoc dicit, etiaꝫ in actibus extraiudicialibus
probat gloſſella huius legis relata ad text.

LEX II.

FIlio. Pater non poteſt repudiare bonorum poſſeſ-
ſionem filio delatam. hoc dicit.

De collationibus. Rubrica XX.

¶ Quia ſuccedentes inuicem conferunt quandocunque bo-
a ideo ponitur titulus de collationibus. a

ADDITIO.

a P. P A V. P. ¶ De collationibus. Circa iſtam materiam colla-
nis nota quod obligatus conferre, ita demum teneat̃ ſi fuit ap-
pellatus vide Alex.conſi.cccclxxix. Item pro cautela ad euitãd.
collationem, vide per Cepo.cautela.ciiij. Item nunquid dos
lucratur maritus ex forma ſtatuti veniat in collatione, vide
cõſ.ccccvj.⁊ cccclxxj. Bar.in trac.de duo fratri.vbi multa
an ea que frater acquiſiuit viuo patre, ⁊ q̃ ei donata fuerint
traneo vel a patre, conferre teneatur, vide Bal.in trac.ſe.
aũt lucrum ex officijs publicis habitum, ſit cõmunicandũ,
de expenſa facta in vxor ducenda, vide rom.ꝯſ.cccclxiij. Item
dos data filie, computet̃ nepoti in legitima in bonis aui mater.
vide Pau. de Caſtr.conſi.lxij. Alexand.conſi.xxiij. Paul.conſ.
ccxxiiij.⁊ omnino eundem late conſil.ccl.⁊ ſeq.vbi etiã ponit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teſtator illud expreſſe diſpoſuit, et ſi ponit ibi an ſi teſtator mãdat
aliquid conferre, quod non poſſet expreſſe conferre. Quid autem
in iocalibus emptis per patrem nurui, an ſint conferenda per fi-
lios, vide Pau. conſ. clxxxiiij. ad fin. Item alia in materia, vide ad
Bar. in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de col. bon.

LEX I.

Emancipatos. Inter ſuccedẽtes ex te-
ſtamento non eſt locus
collationi, niſi aliud ſit a teſtatore expreſſum. hoc dicit
Opp. de l. filius emãcipatus. ff. de col. do. Sol. Ibi ſuc-
ceſſit ab inteſtato per errorem, ideo eſt idem ac ſi ex teſtamento
ſucceſſiſſet. Op. ff. de inoffi. teſt. l. ſi non mortis. ij. reſpon. Sol. Illa
concordat, ſi bene inſpiciatur. Oppo. in auth. de trien. et ſemiſ. §.
illud. collat. iij. Sol. per illam auth. de triente corrigitur iſta lex,
vnde vide auth. ex teſtamento. que hic ponitur.

1 Filius an teneatur conferre donationem ſibi factã per prẽz.

a **Ex teſtamento.** a Hec auth. per oĩa con-
tradicit. l. j. C. et corrigit.
In hac auth. ponit̃ q̃dã opinio, vtrũ ſimplex donatio
veniat conferenda. In gloſ. nr̃a fuerunt opi. Mo. Dy.
poſtea diſputauit iſtã. q. et Cy. eam recitat hic breuiter omiſſis al-
legationibus quia ſunt multe. Do. Dyn. determinat ſic, et bene.
1 aut †donatio ſit ſimpliciter filio emancipato, et illa confertur[b], vt
b j. eo. l. vt liberis. §. fi. Aut ſit filio in ptãte, et iſta non cõfert̃ c re-
c gulariter. Rõ q2 iſta donatio nõ valet in vita, ſʒ aſſumit ſibi vim
poſt mortẽ, et habet̃ vt legatũ, fideicõmiſſum, vt l. in donationib.
j. ad l. fal. et l. donationes. s. de don. inter vi. et vxo. ſʒ legata, et fidei-
commiſſa, non conferuntur, vt j. eo. l. a patre. ergo nec talis dona-
tio. Fallit in caſibus. Primo quando emergit inequalitas, vt l.
pen. j. eõ. Secundo, ſcilicet quando pater hoc expreſſit. argu. l. ſi
quando. §. fi. s. de inoffic. teſtam. Tertio, quando dedit vt habe-
ret in peculio, vt l. donatione. j. eod. ita communiter tenetur.

ADDITIONES.

POMA. ¶ Ex teſtamento. vide Soc. cõſ. xcj. vbi in ſpecie tan-
git quid iuris. quando donatio eſſet valida in vita patris.
P. PAV. P. ¶ Ex teſtamento. Circa materiam iſtius auth. an
donatio facta filio emancipato ſit conferenda, quando conferen
de eſſent portiones inequales, vide late Decium conſ. lix.
¶ Illa confertur. Adde vltra ea que hic dicuntur per Barto. et
Bald. et Paul. de Ca. et alios. qui communiter tranſeunt in hoc
cum Bar. Old. conſ. cxxxviij. inci. thema tale eſt Durandus.
¶ Non confertur. Adde eundem Old. in terminis. conſ. clj. inci.
ſi quis verba donat.

LEX II.

a **SI pater.** a Dos promiſſa confertur liberatione,
vel cautione, de indẽnitate interpoſita.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Si pr̃. Ad iſtã l. et ſimiles, vide Bal. i l. filia legato-
rũ in j. not. j. de le. cũ quo tenuit ibi Ful. et Decius, lʒ ibi ꝯ Sali.

LEX III.

1 An valeat pactum factum cum marito, ne liberi ex eo matri-
monio ſuccedant.

a **Pactum.** a Pactum quod filia dote contenta
non ſuccedat, nõ valet, ſʒ ſuccedit, et
cõfert dotẽ. hoc dt. Querit gloſ. vtrũ iſtud ꝯfirmetur
iuramẽto. Quidam quod ſic, Gloſ. contra per l. nõ du
b bium. s. de legibus. Veritas eſt quod iuramento confirmat̃.[b] vt
c in c. quãuis.[c] extra, de pac. lib. vj. quod plene declaraui ibi in l. fi.
1 s. de pac. † Querit gloſ. vtrum pactum factum ab vxore cũ mari-
to, ne liberi ex ea nati ſuccedãt, valeat? Gloſ. dt quod nõ. p l. trãſa
ctiõe mr̃is. s. de trãſa. lʒ ꝯtrarium poſſet dici per l. imperialẽ. §. fi.
de prohi. feu. alie. per Feder. x. collation. Sed ibi de hoc nihil dt.
ſed alibi habemus duos tex. Primus eſt de filijs natis ex matri
monio ad morganicam contracto. c. j. et ſi de feu. fue. controuer. §.
filij. vbi expreſſe dicitur quod tale pactum de iure non valet, ſed
vſus approbauit. Intellige vſus Mediolanẽſis, vt ibi dt. Ubi au
tẽ nõ eſſet talis, ſtarẽ iuri cõi, ſcilicet ꝙ tale pactum non valeat.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Pactum circa materiam huius l. ad validan-
dum tale pactum, vide Cep. cautela. cc.
b POMA. ¶ Ex iuramento confirmatur. Vide pulchre p Bart.
conſi. xxij. in j. vol. et vide Alexan. conſi. xlij. volum. j. et Capra. xxix.
in iij. dubio.

c ¶ C. Quamuis. Adde Pau. de Ca. conſ. clxxvij. ad intellectuʒ il-
lius c. ſed melius per Pet. de Anc. conſ. xxxvij. an autem filia re-
nunciando preiudicet nepotibus et ſic filijs ſuis vide hic p Pau.
de Ca. et in l. qui ſuperſtitis, de acq. poſ. et Old. conſ. xl. incip. bre-
uiter, et Pau. de Ca. cccxj. An autem ſi filia renunciauit patri et
fratribus ſi fratres moriantur abſque liberis, illa renũciatio no-
ceat, vide Bal. conſ. ccclxix. iij. volumi.

LEX IIII.

a **Filie dotem.** a Filia cõfert dotẽ pfectitiã, et
aduentitiam ſuis, emancipa-
tis profectitiam tantum. hoc dicit, iſta not. lex et mul-
tũ aperit de iſta materia, et eſt clauis quaſi iſtius ma-
terie. Oppon. hic innuit̃ quod filia, q̃ ſuccedit per contrata, non
ſuccedit ab inteſtato. Sol. Hic voluit notare differentiam. Aut fi
lia ſuccedit nullo facto teſtamento, aut aliquo facto teſtamento,
ſed rupto. Oppo. de l. ſi emancipati. j. eo. ſol. Circa hoc eſt magnũ
dubium, vt ibi examinabo. Querit gloſ. quid ſi teſtamentum fuit
pro parte ruptum, et pro parte validum. Reſpon. gloſ. quod non
eſt locus collationi, vt l. pater filium. ff. de collat. dotis.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Filie dotem. Nunquid autem filius ſuccedens
matri teneatur conferre dotem datam a matre eius filie, vide
Alexan. conſ. xxvj.

LEX V.

1 Quando dos conferatur, et qualiter conferatur.

a **Dotis.** a Dos data conſtante matrimonio, con-
fertur minus accipiendo. hoc dt. Opp.
et videt̃ quod dos conferatur liberando, vt s. eod. l. ij.
1 vel re ipſa conferẽdo, vt s. l. prim. ſo. † aduerte, et rogo
vt teneas tres caſus. Quandoqʒ eſt pmiſſa, et non ſoluta, tunc cõ-
fertur liberãdo, vel de indemnitate cauẽdo, vt s. eo. l. ij. Qñqʒ dos
eſt promiſſa, et ſoluta, et a filia recuperata, et tunc confertur re ip-
ſa, ponẽdo dotem in medio, vt s. l. pri. Qñqʒ dos eſt pmiſſa, et ſolu
ta, et non recuperata, nec põt recuperari, q2 matrimonium durat,
tunc confert minus recipiendo, vt hic, verum q2 hodie eſt facta
quedam cõſtitutio que eſt de qualitate dotis, et ante nuptias do-
nationis. §. illud quoqʒ determinans iſtam legem, et ideo videas
auth. quod locum, que ponitur hic immediate. hoc dicit.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Dotis. Dos quemadmodum conferatur, caſum
potes addere licet videatur quod poſſit ſub primo comprehẽdi.
in l. j. §. ſi ſub conditione. ff. de colla. dotis.

AVTHENT.

1 Filia in dote aduentitia, ſine patris conſenſu agit.
2 Dos magna vel parua dicitur ſecundum qualitatẽ perſonaruʒ.
3 Vir qualiter dicatur ad inopiam vergere.
4 Si filius, cui pater dedit pecuniam pro emendis libris, illam con
ſumpſit, debet illa ſibi in partem imputari.

Quod locum. Oppon. de l. cũ non ſolũ. §.
neceſſitate. j. de bo. que lib.
Sol. Specialis caſus eſt hic in hac auth. vbi filia põt
agere ſine pr̃is cõſenſu in tribus caſibus qui in hac
1 auth. notant̃. † Verũtñ glo. tua dubitat in vno caſu tm̃, vcʒ quan
do dos eſt aduentitia. Tu dic hoc caſu, quod patris conſenſus
non requiritur. Hoc tenet gloſ. ſolut. matrim. l. ij. §. quod ſi in pa-
tris. ¶ Oppo. quod actio dotis ſit cõis patris et filie, vt d. l. ij. §.
quod ſi in patris ſolut. matrim. Sol. Fallit in caſibus, qui ponũ-
2 tur in hac l. ¶ † Querit glo. que dicatur dos magna, vel parua.
Certe dt glo. ſcdm qualitatẽ perſonarum. argum. ff. de iure do. l.
3 ſiue gñalis. Quero, dicitur hic, viro ad inopiã vergẽte. ¶ † Que-
ro, qñ dicat̃ vir vergere ad inopiam? Certe dñi verba tex. in corpe
hoc non dicunt, ſed dicunt, viro inchoãte male vti ſubſtãtia ſua.
Et inter iſta verba eſt magna diuerſitas, vt l. ſi conſtante. in prĩn.
4 ff. ſolut. matrim. ¶ † Ultimo hec auth. inducitur in argu. ad q̃-
a ſtionem, vt ſi pater dedit pecuniam filio a pro emendis libris, et
ipſe luſit vel meretricatus eſt, vel quod peius eſt, decoxit. mõ q̃rit̃,
b nunquid iſta pecunia ſic conſumpta veniat in collationem,[b] vt ſi-
bi in partẽ ſuã cõputetur? Iſte tex. eſt in arg. quod ſic, q2 cum po
teſt imputari mulieri, que paſſa eſt dotem conſumi, computatur
in partẽ ſuã, ergo qñ põt imputari filio, qui illam pecuniam con-
ſumpſit, videtur quod ſibi computari debeat in collationem.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Pecuniam filio. Nũquid filius qui conſumpſit in
malos vſus pecuniã, quã pr̃ ſibi dedit pro emendis, etc. Vide a.

Bart. ſecunda ſuper Cod. cc ij

hec que ponit Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ver. & faciunt predicta. quia ſi pater in vita. ff. ſol. matrimo.

b ¶ In collationem. Adde quod contrarium tenet Cyn. & Paul. de Ca. qui Pau. dicit quod etiã ſi non cõſumpſiſſet, non compu‑taſſet, per l. que pater filio. ff. famil. erciſc. ergo nec nunc, ſed ſolum in hoc ponit quod pr̃ iterũ ſibi dare nõ cogit̃ per id quod no. in l. ſi cum dotem. §. j. ff. ſolut. matrim. Dotem tamen filia tenet̃ con‑ferre, etiã ſi eſſet perdita ſui culpa. Sed iudicio meo contra hoc facit quod dictũ eſt in l. j. ff. ſolut. matrim. per doc. quod cauſa do‑tis & ſtudij a pari ꝓcedunt. Si ergo hoc eſt, vt dos conferatur, eo‑dem modo venit cõferendum quod datur cauſa ſtudij. Pro hoc quod cauſa dotis, & ſtudij parificantur, facit quod conſuluit Ro. conſ. cxlv. quod ſicut ſocius omnium bonorum non põt filiã do‑tare de cõmuni ſine licentia ſocij. l. ſi ſocius pro filia. iũcta gloſella ibi. ff. pro ſo. ita quod nec ſocius põt emere libros pro filio, nec fa‑cere impẽſas ſtudij, cũ onus ipſum ſtudij filiale ſit preter grãma‑ticã, ipſi pr̃i voluntariũ, vt not. p Bar. ff. de Car. edi. l. de bo. §. non ſolũ. Pro quo dt Rom. videri caſum in d. l. que pr̃. Et an pr̃ poſſit compelli, vt filio ſtudere volenti expenſas impẽdat, & an libri ſint conferendi, ſi fuerint empti, vide Pau. de Caſt. conſ. clxxxiiij.

LEX. VI.

a **Ademum.** a Filij emancipati conferunt bo‑na ſua deducto ere alieno. hoc dt.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Ea demum. Ad iſtã l. & ſimiles vide Alex. in auth. ex teſtamẽto. s. eo. allegãdo l. pen. iũcta gloſ. ff. eo. Eam amplia, vt ꝓcedat in q̃ſitis in vita defuncti reuocabiliter, q2 parificant̃ cum queſitis poſt mortẽ que non conferuntur, & ibi ſequitur Decius.

LEX VII.

Filiam teſtamẽto. Qui ex teſtamento ſuccedit, dotẽ nõ cõ‑fert. hoc dicit, & eſt correcta hec lex per auth. ex teſtamẽ‑to. s. eod. tit.

LEX VIII.

1 ☞ Collatio quo iure fiat.

* **Si ſoror.** * Si diuiſio eſt facta a partibus, vel a iudice, & collatio ſit omiſſa, vt cõferat̃ iterũ põt agi. hoc dt. ¶ Ad illud, quod dt de arbitro da‑to oppo. ff. famil. erciſc. l. cum putar. Sol. Dicũt quidã, ibi diui‑ſio fuit facta a iudice, hic ab arbitro cõpromiſſario cuius ſenten‑tie nõ paret̃, niſi metu pene, iõ hic põt agi ad penã. Uel veri⁹ hic petendo collationẽ, non venit contra diuiſionẽ, & iſta videt̃ vera.

2 †Quero, quo iure ſit collatio. Text. hic videt̃ dicere, iudicis offõ. Uide text. & idẽ de collat. do. l. j. in pri. In cõtrariũ quod fiat per denegationẽ actionis, vt j. eo. l. poſthu. & l. filie. Ueritas eſt quod vtroque modo ſit collatio. Aut eñ col. petit̃ ab eo, qui poſſidet partẽ ſuã hereditatis, tũc petit̃ offõ iudicis, vt hic. Aut collatio petit̃ ab eo qui non poſſidet, ſz petit partẽ ſuã hereditatis, & tunc

a fiet denegãdo ſibi actionẽ. Non eñ admittet̃ ad petendũ, a niſi cõ‑ferat. Ita videtur gloſ. j. eo. l. poſthu. & l. pretor. in princ. ff. eod.

ADDITIONES.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Si ſoror. Iſtam l. dicit Bal. in c. con‑querẽte. de offi. ordinar. ſingularẽ ad hoc, ꝙ in iudicijs vniuerſali‑bus exceptio que minuit bona, poteſt opponi poſt ſententiam.

a POMA. ¶ Ad petendum, niſi conferat. Uide ad iſtum tex. Ale. conſil. cx. volum. iij. vbi dicit quod quis non tenetur conferre per eum, niſi ab ipſo petatur.

LEX I

3 ☞ Emancipato an conferat ſuus profectitia.
4 Emancipatus emancipato confert etiam profectitia.
5 Nepotes qualiter conferant.
7 Emancipatus ſuo confert omnia preter caſtrenſia, & aduẽtitia.
8 Suus emancipato que conferat.
9 Sui conferunt inter ſe.
10 Deſcendens ſuccedẽs cum extraneo, illi non confert nec extra‑nei inter ſe.

Si emancipati. Emãcipati inuicem nõ ꝯferũt, ſz emãcipati ſuis ꝯferũt, ſi ab iteſtato ſuccedũt. h. d. Hec l. eſt cla‑uis tot⁹ materie. Diuidit̃ i partes duas. Primo lo‑quit̃, qñ ſunt oẽs emãcipati. Scdo qñ q̃dã ſunt i ptãte, q̃dã emã‑cipati. Scda ibi, ſi aũt. Not abilia ſunt clariſſima, q̃ dixi i ſumma‑rio. ¶ His p̃miſſis veniam⁹ ad declarationẽ materie difficilis, et

1 itricate. Primo ſop. ſu⁹ ꝯfert emãcipato ꝓfectitia, vt l. filie dotẽ. s. e. ergo multo magis emãcipato. hic dr̃ ꝯtrariũ. quare male. Huius timore dt gl. fateor ꝯtrariũ, & qd hic dr̃, collatio ceſſat, ſ. in aduẽtitijs. nã ꝓfectitia iuicẽ ꝯferũt emãcipati. Ita dt gl. tua prima, & videt̃ qd fuerit opi. Azo. Cõtrarium hui⁹ dt gl. magna iſti⁹ legis circa pri. ſ. qd ẽt ꝓfectitia emãcipati iuicẽ nõ ꝯferũt. Frãc. accur. volens defendere gl. a ꝯtrietate, addebat ad iſtã gl. vlt. dñ dt ſz Azo. dice‑bat ipſe, nos ꝯ, vt s. no. quaſi dicat prima gl. fuit opin. Accur. quia recitat opinionẽ aliorũ, & hoc videt̃ tenere Cy. Iac. But. tenebat opi. Azo. poſitã i hac gl. vlt. ſcdz iſta tpa. ſ. emãcipati ꝓfectitia ꝯferãt. Nec obſtat l. filie, q2 emãcipat⁹ ꝯfert ſuo oĩa, vt hac l. cer‑to equũ eſt, vt ſu⁹ ſibi ꝯferat ꝓfectitia. ſz emãcipat⁹ emãcipato nõ ꝯfert, ergo nec alter emãcipat⁹ ſibi. Uñ illud, quod glo. tua prima in pncipio, ſi ſu⁹ ꝯfert emãcipato, ergo multo magis emãcipat⁹ emã‑cipato. Iſtud nõ ſequit̃: q2 diuerſa eſt rõ, vt dixi, & mihi placet, vt j. dicã. Opp. ñ. de l. j. §. pen. ff. de ꝯiũ. cũ emã. li. ei⁹. Gloſ. ſoluit tri‑bus mod. Primo quod emãcipatus ꝯfert emãcipato, ſ. ꝓfectitia. Sz iſta eſt falſa, vt dixi, &c. Scdo ſoluit qd ibi nepos fuit emanci‑patus a ſuo pr̃e, non ab auo. Certe iſta non placet, q2 quocunq; iure non ſit in ptãte, idẽ eſt, vt j. eod. l. liberos. Soluit tertio mo. qd ibi confert nepoti emancipato ex perſona patris ſui, qui fue‑rat in ptãte, & hoc non placet, q2 ibi nepos ſucceſſit ex ꝑſona ſua non vt heres patris ſui, vt habuiſtis no. in ſimili. ſupra cod. l. j. ſuper verbo nulla. Dic ergo quod ibi erãt duo nepotes, vnus e‑mancipatus, & alius in poteſtate. Confert ergo ille emancipatus propter fratrem ſuum, qui erat in poteſtate, q2 ipſi ambo repre‑ſentãt vnũ corpus, vt ff. eo. l. ſi nepotes. Ita debes intelligere materiã, & vide gl. tuã primã. ¶ Uenio ad principiũ gl. magne. opp. ff. de contra ta. l. filiũ. §. videamus. & §. & hoc. vbi emãcipatus non confert ſuo. Sol. Illud ideo, q2 diuerſo iure ſuccedunt, vnus de iure ciuili, alius de iure pretorio. Rationem tibi dicam j. His premiſſis venio ad tractandam materiam noſtram. ¶ Primo quero, quid ſit collatio. ¶ Secũdo quo iure ſit inducta collatio. ¶ Tertio, inter quos collatio ſit facienda, & de quibus rebus. ¶ Quarto, quo iure petatur collatio. ¶ Quinto qualiter ſit col‑

2 latio. ¶ †Primo quero quid ſit collatio. Reſpon. eſt rei proprie in cõi latio facta, vt probatur ſupra l. prox. & j. cod. l. illam. in fin. & ff. eo. l. j. in prin. Ideo dixi, rei proprie. quia ſi eſſet res cõmunis, non venit conferenda, ſed diuidenda, vt j. cod. l. filie. ¶ Secundo quero, quo iure ſit inducta collatio. et hic aduerte. Circa hoc re‑

3 perio ſex, vel ſeptem iura. ¶ †Primo fuit edictum pretoris po‑ſitum in l. j. in prin. ff. eo. De quo ſit mentio in hac l. quod edictum habebat locum quando ſuccedebatur per contra ta. vel ab inteſ. vt hic, & l. filie. s. eo. Item erat neceſſe, qd omnes eodem iure ſucce‑derent, vt l. filium. §. videamus. ff. de contra ta. Ratio huius erat de iure ciuili, filius in poteſtate admittebatur in totũ, cũ emanci‑patus eſſet incognitus. Ius pretoriũ admittit filiũ emancipatum cũ filio in poteſtate, & ſic facit iniuriã ſuo merito pretor equitate motus, voluit quod emancipatus ſuo cõferat omnia. Ex hac ratio‑ne ſequitur, qd ſi emancipatus nullã iniuriã faceret, non teneretur conferre, vt s. eo. l. j. §. pater filium. & §. toties. Secunda ratio, quia de iure antiquo quicquid q̃rebat filius, qui erat in poteſta‑te querebat patri, vt l. j. in prin. ff. ſi a pa. quis fuer. manu. eſ. li‑cet de acquiren. hered. emancipatus querebat ſibi. Ex hoc ſequitur iſtud inconueniens, qd filius emancipatus veniens ad ſucceſſio‑nẽ cũ fratre ſuo in poteſtate retẽto habebat partẽ de omnibus fratris ſui, q2 erat patri queſitũ, filius in poteſtate nihil habebat de bonis emancipati, ideo fuit equum cõferre. Et quod hoc ſit ve‑rum, apparet: quia ea que emancipatus lucratur, que non quae‑ſijſſet patri, ſi emancipatus non fuiſſet, iſta non veniunt in colla‑tionem, vt l. j. §. ſed nec Caſtrenſe. ff. eo. & l. filie. ſupra cod. item re‑quirebatur, quod ſuccederent eodem iure, ſecus ſi diuerſo, vt di‑xi. ratio huius eſt, q2 quando diuerſo iure ſuccedunt equaliter, non facient iniuriam inuicẽ, non magis vnus alteri, quã alter al‑teri. ideo ceſſat ratio collatiõis. quam primo loco dixi, vt l. pa‑filiũ. §. videamus. de contra ta. Superuenit poſtea dominus Sce‑uola iuriſconſultus, videns quod ex forma edicti requirebatur eodem iure ſuccederent, induxit qd idem eſſet, ſiue ſuccederent ſent eodem de iure, ſiue ſuccederent diuerſo, vt l. ſi filius ff. eo. iſtud eſt ſecundum ius. quod vocatur equitas Sceuole. tertium fuit conſtitutio imperatoris diui Pij, de qua ſit mentio. ff. de col‑la. do. l. j. in princ. Nam de iure ciu. nõ cõferebat ſuus emanc. Ratio, q2 nihil ſuus habebat, omnia enim patri q̃rebat. Impe‑rator diuus Pius conſiderauit ꝙ filia in poteſtate poteſt habe‑re aliquid, ſcz dotem, vt l. Pomponius Philadelphus. ff. de ne‑ciſcund. ideo introduxit, ꝙ iſtam dotem deberet conferre, vt ff. de colla. do. l. j. & per omnes leges huius tit. que loquunt̃ de collatione dotis, vſq; ad l. vt liberis. Superuenit poſtea dominus Impera‑tor Leo, qui fecit l. vt liberis. & conſiderauit qd filius in poteſta‑te põt habere aliquid aliud quã dotem, ſcilicet donationẽ propter nuptias, que de iure antiquo erat incognita. Ideo introduxit

donatio propter nuptias conferatur vt dos.vt l.vt liberis.j.eod.
Conſiderauit etiã qđ emancipati inuicem non cõferebant, vt hac
l. qꝛ inuicem non faciebant iniuriam. Imperatoꝛ motus maioꝛi
equitate qꝛ poſſet eſſe,qđ vna haberet maioꝛez dotem quam alia,
vnus filius maioꝛem donationem quã alius, vt oĩa procederent
equaliter,induxit quod etiam emancipati conferant dotem,ꝛ do-
nationem propter nuptias,profectitiam,ꝛ etiam ſimplicez dona-
8 tionē[a],vt l.vt liberis,qđ fecit vt in oĩbus eſſet equalitas.ibi, hoc
etiam equitatis,ꝛc. Conſiderauit etiam imperatoꝛ quod de iure
antiquo non erat prouiſum,qđ deſcendentes per lineã femineã
conferrent inuicem,iſtud ipſe eadem equitate introduxit,vt do-
tē, ꝛ donationem propter nuptias profectitiam de bonis eius,
de cuius hereditate agit̃ ꝯferãt.Et iſta cauſa induxit iſtud quar
tũ ius,ſ.ꝯſtitutio leonis in l.vt liberis.Habemus quintũ. Sup-
uenit dñs Imperatoꝛ Iuſtinianus, ꝛ ꝯſiderauit qđ erat ſtatu-
tũ,quod nepotes inuicē ꝯferrent,ſed nihil erat dictũ,quid iuris,
qñ ſuccedebãt cũ patruis,ideo ſtatuit,qđ eo caſu patrui ſibi, et
ipſi patruis conferant,vt l.illam.§.talem. Itē ꝯſiderauit quod l.
vt liberis,prouidebat conferendam dotem, vel donationem ipſi
nepoti,vel nepti datã,de dote vel de donatione,q̃ data erat eius
matri vel patri,nil dicebatur,ideo ipſe ſtatuit hanc conferendam
eſſe,vt d.l.illam,in fi.Sexto ſuperuenit idem Iuſtinianus,ꝛ con-
ſiderauit multum bene quod aduentitia, ſicut olim caſtrenſia,
non querebantur patri,ideo non conferebantur, ita aduentitia
non queruntur patri quo ad proprietatem,ideo ſtatuit vt aduē-
titia non conferantur,vt j.eo.l.fi.Septimo ſuperuenit idem Iu-
ſtinianus in auth.ex teſtamento.ꝛ conſiderauit quod de iure an-
tiquo facto teſtamẽto non eſt locus collationi.Ratio,qꝛ ſi teſta-
toꝛ voluiſſet,hoc dixiſſet,vt s.eo.l.j.ipſe vero conſiderauit, quod
teſtatoꝛ quare hoc non dixiſſet,eſt rõ.qꝛ mortis cogitatione tur-
batus, de omnibus non meminit,vt j.qui teſta.facere poſ.l. hac
ꝯſultiſſima.§.at cũ humana.Ideo ꝯſiderauit,quod ſi teſtatoꝛ de
hoc cogitaſſet,collationē iduxiſſet.,Statuit ergo quod ex teſta-
mẽto,ꝛ ab inteſtato,ſit loc⁹ collatiõi,niſi teſtatoꝛ aliud dixiſſet.

Veniamus ergo ad gl.ꝛ quero,inter quas pſonas,
ꝛ de quibus rebus ſit locus collationi,
qđ examinabo p multas qõnes,ꝛ tãgam oĩa mẽbꝛa gloſ. Primo
4 †quero[b],vtrum emancipati conferant emancipatis.Glo.dt qđ
b non conferunt,etiam profectitia. Et vide gloſ.hoc eſt verum ſe-
cundum iſta tempoꝛa.Hodie vero emancipati emancipatis con-
ferunt pfectitia,vt s.eo.l.vt liberis. aduentitia vero non,vt j. eo.
5 l.fi.ꝛ hoc tenent omnes,ꝛc.¶ †Secundo quero,quid in his qui
non ſunt ſui,neque emancipati,vt nepotes ex filia.Dicit gl.idez
quod emancipatis,vt inter ſe nõ ꝯferant,vide gloſ.ibi,idē in his,
ꝛc.Iſta gloſ.dicit verum,de iure antiquo,hodie vero iſti ꝯferunt
inter ſe profectitia obuenta de bonis eius, de cuius hereditate
agitur,vt s.eo.l.vt liberis.In hoc tamē differunt a b emancipa-
tis,qꝛ emãcipati ꝯferunt ſimplicē donationē, iſti nõ ꝯferunt niſi
in caſu,qñ emergeret inequalitas,vt l.illam.§.fin.s.eod. Sed an-
tequam procedam vlterius,qꝛ hic diximus quando nepotes cõ-
c ferunt inter ſe. Quero qualiter[c] † nepotes ꝯferant patruis,vel
6 patrui,nepotibus? Reſpon.quod hic examinabo tibi queſtionē
quã dimiſi tibi inſolutã in l.illam.Patrui nepotibus ꝯferunt,ſi-
cut ꝯferrent patribus ſeu matrib⁹ nepotũ ſuoꝛũ, hoc eſt fratri-
bus ſiue ſoꝛoꝛibus ſuis,vt d.l.illam.§.fi.Nepotes vero qualiter
patruis ꝯferant, dubitat̃. Et qđ dico in patruis idē intellige in
auũculis,amitis,ꝛ materteris,ꝛ ibi dixi in d.l.illã.i fi. Et aduer-
te qꝛ dubi⁹ eſt iſte paſſus.Aut loquimur de dote,vel donatione
data patri vel matri iſtoꝛum nepotũ,ꝛ ſine dubio cõferunt, vt d.
l.illam.in fi.Aut de dote,vel donatiõe data ipſi nepoti, vel nepti.
ꝛ tunc gloſ.dubitat,vt d.l.illam.ꝛ merito,ideo dic. Aut eſt vnus
nepos,vel vna neptis tm̃ ex eo.filio pꝛe defuncto,ꝛ ſine dubio non
ꝯferũt patruis ſuis,vel nepotib⁹ ſuis,ex alio defuncto filio, vt l.j.
§.ſi ſit nepos.ff.de colla.dotis.Si vero ſunt plures nepotes tunc
ſiquidē oẽs ſunt talis conditionis,qđ poſſunt ad collationē con-
ſtringi,vt puta,qꝛ oẽs emãcipati,tunc cõferũt patruis ſuis perin
de ac ſi eſſet vn⁹,vt l.ſi nepotes.ff.e.ti. Si vero iſti nepotes erãt di
uerſe conditionis, vt puta vnus in ptãte, alius non,exemplum,
erat neptis dotata, ꝛ nepos,tunc illa qua non poteſt cogi ad col-
lationē,nõ cõfert patruis,ſed cõfert alij fratri ſuo, vt d.l.j.§. ſi ſit
nepos.de collat.dot.Ratio,qꝛ iſta neptis dotata patruo nullam
facit iniuriã,qm̃ ipſo non ſuccedente ſubeſt nepos,qui tm̃dez au-
fert.Ita etiam intelligam ff.de coniun.cum emancip.lib.eius.l.j.
7 §.ſi ſit filius.¶ †Procedo vltra gl.ꝛ quero vtrum emãcipati con
ferant ſuis? Gloſ.dicit quod ſic,omnia ſecundum hanc legem, et
s.l.ea demũ.ꝛ j.eo.l.nec emancipati. Iſta gloſ.dicit verum,de iure
antiquo,ſed hodie non conferunt aduentitia,ſicut nec Caſtrēſia.
Ratio,quia ſi in poteſtate remanſiſſent, hoc patri non queſiuiſ-
8 ſent,vt j.eo.l.fi.ꝛ hoc tenent omnes.¶ †Quero vtrum ſui eman
cipatis conferant? Gloſ.dicit quod ſui emancipatis conferũt,ſed
non omnia,quia non aduētitia,ſed profectitia,vt s.eo.l.filie. ver.
nec dubiũ.Sed hic aduerte,qꝛ ſuus põt habere pfectitia diuerſi-
mode.Nã põt habere pfectitia, dotē, ꝛ donationē ppt nuptias,
vel datũ cã militie,ꝛ iſta ſine dubio conferunt,vt d.l.filie.ꝛ l.vt li-
beris.s.eo.põt habere ſimplicē donationē de qua an cõferat,dic,
vt in auth.ex teſtamẽto.s.eo. põt habere peculium pꝛofectitium,
ꝛ iſtud non confertur,qꝛ cõmune eſt,ſz diuidit̃,vt s.eo.l.filie. Ita
9 debes iſtam materiam intelligere.¶ †Quero,vtrum ſui conferãt
ſuis? Gloſ.dicit quod ſic,vt s.eod.l.filie.ꝛ eſt verum,quod confe-
runt inter ſe hodie ſui,ſicut emancipati.vt s.eo.l.vt liberis.ſolum
10 pfectitia,non aduētitia,vt l.fi.j.eo.¶ †Quero vtrum quando ali
quis de deſcendentibus ſuccedit cuz extraneo,an ſit locus colla-
tioni.Gl.j.huius l.dicit quod non,ꝛ bene, vt l. cõia vtriuſqz iudi.
l.fi.§.ſi autem extranei.Vide gloſ.eadē ratione plures extranei,
alicui ſuccedentes,inuicē nõ cõferunt,qꝛ nulla l.cautũ eſt.Qꝛ er-
go dixi s.quod aliqua differentia eſt inter emancipatos , ꝛ ſuos.
Ad iſtud oppo.qꝛ hodie ſublata eſt differentia emãcipationis,ꝛ
patrie poteſtatis,vt in auth.de here.que ab inteſta.§.nullã. Re-
11 ſpon.ſcđz gl.†bene differentia eſt ſublata quantũ ad ſucceſſionē,
d non quantum ad collationez[d],ꝛ acquiſitionem,ꝛ iſta ſimilis ita
dicit,ꝛ bene,licet Hugo aliter dixerit.Et vide iſtã gl. Op.in.gloſ.
